Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



redire uolebant. Cum hos inclinatos et terga dedentes
ignauiusque abeuntes: ac Ratos: et pauci tantam Multitu-
dinem aggredi non auderent: Jam Milites adiutissent:
reseratis Portis repente in Populum efferuntur: Gladia-
tores trucidant: Magnam Populi multitudinem expulsa
cedunt. Eousque insecuntur quousque non multum a Castris
absint. Mox redeunt in Castra: intusque se continent.
¶ Hinc ingens Senatus populique Ro. Ira nascitur. Duces
exercitus: qui prudentes sint ex tota Italia deliguntur:
Imperium cogitur uniuersum. Accuratis conuenientibusque
Armis instruitur. Maxima Horum patem secum Maximi-
nus ducebat: ut pro Maximino bellum gererent. Reliqui
uero ut Urbem custodirent protegerentque. Castrorum menibus
undique propugnacula fiebant. Milites qui an pugnauerant
nihil agebant. Deiecti autem ac Saucij Egre Liberabantur.
Albinus. ¶ Balbinus Domi manens: proposito Edicto Populo supplicat:
ut reconciliatum eat. Militibus ueniam pollicetur. Dat
omnium facinorum impunitatem. Sed non alijs suasit. Un-
dique graues iniurie exaggerantur. Hinc indignitas:
et a paucis tantus populus aspernetur: Hinc Militum
dolor: et non secus a Romanis: ac a Barbaris affli-
gantur. Postremo postque Murorum propugnatores nihil
agebant, omnes Aquarum fluuios in Castra influentes
decidere Prefectis uisum est: ut in Potus inopiam